



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

XIII. Cuidam respondetur obiectioni, per quod materia hæc mirificè illustratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

Religioso nō
licet in res
vanas pe-
cuniam col-
locare.

Clem. 1. de
statu mo-
nach.

Tenerur ad
restitutio-
nem is, qui
aliquid ac-
cipit a reli-
gioso prod-
gō

Abscondi-
tum serua-
re quippiā,
contra vo-
tum est.

Abul. 10. 2.
in Matth. c.

6. q. 37
Syluest. Re-
stitut. 6. q.

7. disto 2
Molina 10.

2. disp. 276.
Lefsius lib.

2. de iustit.
c. 18. dub. 21.

num. 85.
Nauarra li.

3. de restit.
c. 1 n. 17. §

182.
Petrus de

Ledesin. 2.
p. su. tract.

31. c. 2. con-
clus. 10.

Omnia ad
mentem

Superioris
in religione

distribueda
Contra vo-

stum peccat;

vanas, aut superfluas, etiam Superiore ad hoc copiam faciente, infumet. Hoc namque per votum paupertatis illi prohibetur. Atque ita sacris Canonibus id declaratum est. Imo ne Superior quidem in id genus res pecuniam impendere potest: proinde nec alteri ad hoc licentiam dare: sed in res necessarias, vtilis & honestas. Vnde consequitur fore, vt qui, quæ religiosus inutiliter dispenderet, illa acciperet, ad eorum restitutionem religioni teneretur: iuxta id, quod capite superiori dictum est.

Vndecimo, paupertatis voto aduersatur, si quid absconditum religiosus habeat, ne videlicet id sibi à Superiore inueniente auferatur. Nam, vt Doctores notant, est hoc, quidam sibi id appropriare, & contra voluntatem Superioris detinere volendi modus.

Duodecimo, si cui ex officio aliqua distribuere, vel dispensare iniunctum est, nō id suo arbitrio & voluntate, sed iuxta superioris voluntatem & beneplacitum facere debet. Hinc si magis vel minus melius, vel peius det, quam Superiorem velle norit, contra paupertatis votum faciet: quoniam res domus perinde usurpat, & administrat, ac si earum dominus & proprietarius foret, nec ab alio dependeret.

Decimotertio, Quomodo contra paupertatis votum ageret religiosus, qui data opera & studio res domesticas curæ suæ concreditas, aut ad vsum priuatum concessas dissiparet, male infumeret, aut ab alio male infumi permetteret: pari modo contra paupertatis votum peccabit is, qui notabili sua culpa, aut iniuria eas dissipat, aut perdi sinit. Nam id in idem recidit, cum culpa lata dolo æquiparetur. Ratio huius est, primo, quia dumtaxat ad eum qui absolutus rei dominus est, spectat, eam posse prout libuerit consumere ac destruere. Secundo, quia religioso solum conceditur vsusfructus earum rerum, quæ ipsi tum ad propriam, tum ad religionis suæ vtilitatem & commodum dantur & conceduntur: Vnde si has ipsas

destruat, consumat, & infructuose impendat, contra votum paupertatis peccabit.

Aduertendum porro hic, etsi damnum, quod hoc modo religioni inferatur: singulis vicibus exiguum sit, si tamen frequenter fiat & repetatur, fieri posse, vt in immensum crescat.

Notabile id est exemplum, quod quoad hoc de quiseis illis Monachis Cassianus commemorat. Obsonator vel procurator Monasterij quodam tempore in culinam ingressus, tria lentium grana, quæ coquo ea ad coquendum lauanti è manibus forte exciderant humi iacere conspexit. Id ille mox ad Abbatem retulit, qui vocatum ad se coquum acriter primo verbis corripuit, dein publicam ei penitentiam imposuit, quod rem monasterij tam iniuriè tractaret. Siquidem sancti illi Monachi, inquit Cassianus, non solum seipos, verum etiam omnia, quæ Monasterij erant, velut rem Deo dedicatam consecratamque contempabantur, vnde insigni cum accuratone & reuerentia ea, quantumlibet exigua forent, tractabant.

CAPVT XIII.

*Cuidam respondetur obiectioni,
per quod materia hac mi-
rifice illustratur.*

Obijciat vero hic mihi aliquis, Nihil quam rigidum & seuerum hoc videri, quod alios religiosos, qui votum paupertatis non minus nobis conceperunt, sine vilo prorsus scrupulo, aliquid à consanguineo pœnitente, amicove suo, ad Beuiarium portifolium, quin & ad vestem subinde, comparandam accipere videamus, qui tamen & docti sunt, & Dei timorem præ oculis habent. Hos ipsos quoque cuiuspiam amico suo, tam domestico quam externo, quendam de iis quos habent libris, necnon alia maioris valoris, nullo ad

qui aliquid
sua culpa
perire fecit.
Religiosus
destruens
aliquid,
paupertatis
violat.
Similia
multa me-
rent.

Alimenta
paupertatis
violantia
summan
merent re-
prehensio-
nem. Et
per se Deo
sacra.

Quia in
hoc tractatu
de paupertate
dicitur ex
propheta
reuer-

lib. 43 de
reg. iuris
in c.

Obiectio
aliterum
exemplum
in Societate
de pauper-
tate
omni a
pater con-
struenda

hoc petito consensu dare solere; nec remorū conscientia, quasi hoc factū votum suū paupertatis vident, ideo affligi. Ergo nec nos in Societate idem faciendo, contra votum paupertatis peccabimus, sed ad summum tantum contra eiusdem perfectionem, Superioris obedientiam, Constitutionum ac regularum nostrarum obseruantiam faciemus,

Bona quidem hæc est obiectione, ideoque etiam hoc loco eam posuimus, vt ex eiusdem confutatione magis pateant & manifesta fiant, tum quæ dicta sunt hæctenus, tum quæ postea dicturi sumus.

Dico ergo, vera esse hæc omnia, & Religionum nonnullarum religiosos omnia contra paupertatis votum non peccare: hinc tamen non sequi nos, ita si fecerimus, minime peccaturos. Imo vero dico, hæc si à nobis fierent, non modo contra obedientiam & regulas nostras, verum etiam contra paupertatis votum à nobis peccandum.

Differentiæ porro ratio est hæc: quod in aliis religionibus omnia hæc iam, annuentibus Superioribus, licite fiunt, quia ad hoc vel expressa, vel saltem tacita & interpretatiua, aut virtualis habetur licentia: quæ iuxta Doctorum sententiam, est, quando iam communiter & passim aliquid in illa religione usurpat, & Superiores eius id norunt, & vident, cumque contradicere & impedire valeant, nequiquam contradicunt, nec impediunt, sed in eo dissimulant & coniuuent: quia qui tacet, cum loqui & impedire possit quod scit, consentire videtur. Religiosus ergo, qui expressam vel tacitam à Superioribus suis, rei cuiusdam dandæ, recipiendæ ac dispensandæ habet facultatem, ipsum si fecerit, nisi imo contra votum paupertatis peccabit. Atque ideo multi Religiosi hæc faciendo, haudquaquam peccant.

Verum, quia Societas Iesu iam nuper exorta hunc paupertatis murum, quantum per diuinam gratiam fieri poterit, integrum, intactum, & in suo vigore perfectum conseruare gessit, nullam ad hæc fa-

ciendā habet licentiam, tum expressam, tum tacitam & interpretatiuam: sed expressum potius usum & praxim plane in contrarium. Ac proinde quisquis huiusmodi quid in Societate attentaret, contra paupertatis votum delinqueret: vti & religiosi delinquerent, nisi facultatem eius faciendi haberent.

Perinde ac sanctimoniales quædam, etiam si religiosæ sunt, & paupertatis votum conceperint, nihilominus tenues suos habent redditus, de quorum prouentu ipsæ sibi vestem & alia quælibet necessaria comparant; idque ipsas licite facere concedimus, quod Superiorum suarum assensu id faciāt. Liqueat autem, si quis nostrum id absque legitimo consensu faceret, contra votum paupertatis eum peccaturum, Nō est ergo bona argumētatio, vt, propterea quod quis in aliis religionibus toleretur, esto in iis non pauci viri sancti sint & docti, idcirco idem in nostra putemus licitum esse: quia in illis ad hoc iam habetur licentia vel expressa vel tacita; in nostra vero adeo ea non habetur, vt potius usus & praxis in contrarium obtineat. Quamobrem quæ ante diximus, non tam scrupulosa, seuera, & quædam animorum tormina sunt, quam apertissime veritates in omni rigore fundatissimæ, & communē Theologorum dogma.

Si quidem S. Bonauentura, & Ioannes Gerson, qui, licet sint spirituales & sancti, nihilominus grauissimi sunt Theologi, particularium illorum casuum, quos paulo ante attulimus, non paucos in terminis & expresse tradunt, & vniuersam de dādo admittendove à religioso materiam ad hoc caput reducunt, nimirum an ad hoc à Superiore suo expressam vel tacitam is facultatem acceperit, an vero non. Eam enim si non habeat, nihil eum dare, admittere, vel dispensare posse, sed, si quid huiusmodi aggressus fuerit, contra paupertatis votum peccaturum asserunt. Hoc namque pacto desinit esse pauper, & velut proprietarium se ac dominum facit, cum prout libuit rem det, accipias ac dispeset. Quin & in ipso Monasterij

Moniales quædam sibi de vestibus prouident

Societatis praxis pro integritate paupertatis.

In specul. discipl. p. 1. c. 1. In quodam tractatu nonnull. quest. solut. tar q. ante penult.

Ad omnem Religiosi dispensatio nō expressa vel tacita Superioris licentia requirit.

procu-

procuratore vel oeconomio, qui pecuniam omnem ad necessaria toti domui coemenda habet, casum format Gerson; rogatque, num contra paupertatis votum is facturus sit, si vel sibi, vel alij cuiquam domusculo, cultrum, vaginam, thecam, & perspicilla emat? quin & ad minutiora descendit, nimirum ad acum, calamos, vel paxillum fili. Ac respondet, cum, si particulari vel generali, expressa vel tacita Praepositi licentia id fecerit, minime peccaturum: at si eam non habuerit, contra paupertatis votum praevicaturum.

Ideoque quodque censet de eo, qui quid externis dat, vel ab aliis datum admittit. Adeo, ut communiter omnes Doctores in hoc consensiant, & doceant, religiosum ex voto paupertatis, ad nihil, Superiore ignorante & non conscio habendum, dandum, accipiendum, dispensandumque obligari: & si quibus in religionibus ut licitum habeatur, quasdam in cella minutias, electuaria & elegantias habere: & eadem posse ab amicis & consanguineis accipere, vel etiam alicui donare, aut de aliis quibusdam rebus licite disponere: ideo id fieri, quod illa in religione, expressa vel tacita ad hoc facultas passim cuilibet facta sit; alioquin enim non licitum id foret, sed aperte paupertatis voto contradiceret.

Sequitur hinc res quaedam dignissima, tam quoad hanc, quam quoad similes alias materias notatu: nimirum ut religioso, petenti num in hac vel illa re peccet, & paupertatis votum infringat, responderi possit, necesse esse ante omnia nosse quis religionis illius quoad hoc usus sit, num videlicet in ea expressa vel tacita ad hoc faciendum sit licentia. Hoc enim si fiat, bonum Religionis illius religioso consilium re solutioque dari nequit: multa quippe in vna Religione licita esse poterunt (quod iam in illa passim tacita haec & interpretatiua licentia vigeat) quae in alia, quia hanc non habebit, illicita erunt.

Præterea hinc consequetur, esto auctores aliqui sustineant, religiosum contra paupertatis votum minime peccaturum,

ab aliis pecuniam, ad libros aut alia quae-
piam id genus comparanda, accipiendo: modo ea quae emet, non abscondat & occultet, sed in apertum palam proferat & exponat; animo quoque ita comparatus sit, ut Superiore præcipiente, eadem exhibere, & libenter à se abdicare paratus sit: quod tamen religiosus Societatis, ipsum si faceret, votum paupertatis prætergrederetur. Idcirco enim hi auctores id ita docent, quod censent illam, iam tacitam & interpretatiua licentiam esse, & Superioribus per hunc subiectionis & resignationis modum aliquatenus satisfieri.

At in Societate nulla est ad hoc tacita vel interpretatiua licentia, sed manifestissima voluntas de contrario. Siquidem Soranam, pallium, Breuiarium, quibus bonum Superioris licentia vitimur, tali modo possidere tenemur, cum hac inquam subiectione, & totali à Superiore dependentia, necnon cum illa animi dispositione, ut eadem parati simus relinquere, si id nobis ipse mandarit: sin minus, aduersus paupertatis votum praevicaremus: esse-
mus quippe propter caritatem, & rem velut propriam possideremus.

Verum, ut quid ab alio ad Soranam, libros, aut quid simile comparandum accipiamus, esto postea id palam in cubiculo visui omnium expositum & patens exhibeamus, hancque animi, quam diximus, præparationem quoad hoc præferamus, nullatenus id in Societate licitum est, sed usus & praxis prorsus in contrarium obtinet: ac proinde id contra paupertatis votum foret.

Et sane res certissima est, si in Societate ut licitum quid duceretur, id genus res, hoc modo, sine alia licentia admittere & habere, omnes quotquot sumus, in Congregationibus reclamaturos, & omnimodis annifuros, ut hoc ostiolum, per quod tantum paupertas nostra possit detrimenti capere, confestim obstrueretur.

Norant & aliud quid Doctores in hoc de tacita & interpretatiua licentia negotio, docentque, ut religiosam quid dare, petere, vel accipere fas sit, minime sufficere, quod

Omnia per
missa ad
interpretati
ni casus
conspicere
supponit
Superioris
licentiam.

Indifferen
tia pauper
tatis neces
saria.

Secretas
vita ma
nere in se
videntis
quam lic
tiam inter
pretatiua

Nulla So
cietate fas
accipere
licet.

Haec est
votum So
cietatis.

Cap. 12.

Usus religio
nis cuiusque
in omni re
solutione
spectandus.

certo notit, si modo à Superiore facultatem ad hoc postulet, quamprimum eam sibi concedendam; sicut satis tibi non est, vt sine licentiâ petitione foras exire, vel epistolam ad aliquem scribere possis, quod certo scias, illam, si modo petas, minimè tibi denegandam; sed nosse & scire ante te debere, Superiorem gauisurum & ratum habiturum, quod nõ petita facultate quid des, recipias, vel possideas, & parum curaturum, quod hanc ab ipso non petas. Hæc scilicet est tacita, interpretatiua, & virtualis ad dandum admittendumque quid facultas, ita vt necesse non sit præterea aliam in particulari petere: ac talis in nonnullis Religionibus, quoad multa eorum quæ diximus, habetur.

Verum in Societate tantum abest, vt in Superioribus tacitum hoc beneplacitum sit, vt nihil hi magis desiderent, quam vt omnia ex obedientia fiant: nihilque magis eos affligeret & contristaret, quam si suorum quis libertatem & audaciam sibi ad horum quidpiam sine licentiâ faciendum arrogaret. Proinde longe alio modo de hoc paupertatis negotio, deque aliis casibus particularibus in Societate loquendū est, quam in aliis quibusdam Religionibus. Idem tamen & in his olim non minus accuratè fuit obseruatum: nimirum cum primum oriententur, vt è singularum Chroniciis constat: quin & earum nonnulla id etiam in hodiernum vsque diem, magna sua cum laude obseruant.

CAPVT XIV.

Votum paupertatis obligat ad peccatum mortale & quæ requiratur quantitas, vt peccatum mortale dici eius prauaricatio possit.

P^{ET}et hic à me quispiam, num, quæ contra votum paupertatis esse diximus, semper lethale peccatum futura sint, *Rodriguez exorsit. pars 2*

& quando? iam ante communem Doctorem & sanctorum Patrum sententiam esse diximus, eum, qui quid contra votum paupertatis agit, peccatum furti committere, & aduersus septimum Decalogi præceptum facere. Dico ergo, quod, sicut septimum mandatum ex genere suo & natura ad mortale obligat, vt Theologi vulgo docent: attamen ratione paruitatis materiæ, fieri potest, vt furtum non nisi veniale peccatum sit (v.g. si quis pomum, aut obulos aliquot furetur) pari modo, etsi votum paupertatis ex natura & genere suo ad mortale obligat: in re tamen ita leui contingere potest, vt quis id violet, vt tantum veniale futurum sit.

Si instando ulterius petas, quæ dicenda sit notabilis quantitas, vt ad mortale pertinere dici possit? Dico, sæpe iam à Doctores scholasticis in materia furti quæsitum esse, & etiamnum quæri, quænam notabilis dicenda sit quantitas, vt furtum sit crimen lethale. Et prout de furto loquuntur, ita hic de voti paupertatis violatione loqui solent. Adco vt, quæ quantitas esset ad mortaliter contra septimum Decalogi præceptum peccandum factis, eadem notabilis & sufficiens futura sit ad mortaliter contra votum paupertatis peccandum. Ita communiter sentiunt quotquot de hac materia scripserunt.

Ad maiorem rei huius declarationem & confirmationem, notant nonnulli Theologi, peccati huius grauitatem è duplici radice sumi. Prima est, quod hic res aliena, contra domini eius voluntatem vsurpetur & accipiat. Secunda, quod in ea votum Deo factum frangatur. Et addunt, quod esto, solum primam eius radicem considerando, maior hic quantitas videatur, vt in peccatum mortale fiat, requiri, quam in furto; quia hic res non tam videtur aliena, nec dominus tam inuoluntarius, atque in furto: secundam tamen radicem considerando, ea sufficiat vt id peccatum mortale fiat, quantitas, quæ sufficit vt furtum peccatum mortale fiat: propter quod maior

Manuel Rodri. tom. 3. de regul. q. 29. a. 10. concl. 8. A. 202. lib. 12. Instit. Moral. c. 12. q. 6.

Votum paupertatis ex genere suo ad mortale obligat.

Corduba lib. de cast. b. q. 109. Navarr. de radice sumi. Prima est, quod hic res aliena, contra domini eius voluntatem vsurpetur & accipiat. Secunda, quod in ea votum Deo factum frangatur. Et addunt, quod esto, solum primam eius radicem considerando, maior hic quantitas videatur, vt in peccatum mortale fiat, requiri, quam in furto; quia hic res non tam videtur aliena, nec dominus tam inuoluntarius, atque in furto: secundam tamen radicem considerando, ea sufficiat vt id peccatum mortale fiat, quantitas, quæ sufficit vt furtum peccatum mortale fiat: propter quod maior